

Angers 15 (lat)

INCIPIIT SACRAMENTALIS

Breve sacramenti qualiter et quos presentibus. Ingressus est homo nomen **illi** Andecavis civetate, die **illo**, quod fecit minsus **illi**, dies **tantus**, in basileca domne **illius**.

Iuratus dixit: „Per hunc loco sancto et divina omnia, que hic aguntur, que hic Deo plenius offeruntur, unde mihi homo nomen **illi** interpellabat, eo quod caballo suo furassit aut in taxato post me abuissit, hoc coniurare, ¹ quod caballo suo, quem mihi reputabat, numquam faravi, nec consciens ad ipso furandum numquam fuisset, nec post me in taxata ipso caballo numquam habui, nec alio tibi exinde non redebio nisi isto edonio sacramento, quem iudicatum habui et legibus transibi“.

Id sunt, qui hunc sacramento^a audierunt, manibus eorum subter firmaverunt: ...

^asacramento] für sacracramento *Fu*₂, so auch *Ze*_u

¹[fol. 147^v]

